

dominorum canonicorum solvebantur quedam debita  
videlicet IIII marc. Item II  $\frac{1}{2}$  marc. annuatim. Item  
attendendum, quod temporibus domini Ottonis de Wol-  
denbergh evenit, quod domini nostri et ipse concorda-  
runt in persona eligenda, que et ipsis et preposito ad  
tempus ministrabat, quia ut dicitur ipse erat obligatus  
dominis et a tempore suo incepit, quod pro toto anno  
ministrabatur seu recipiebat prepositus centum et XVII  
tal., XI  $\frac{1}{2}$  plausta siliginis et VIII mod. et tantumdem  
tritici et in illo deficit preposito, quod tamen ut pre-  
missum est debetur sibi pro tribus quartalibus anni  
solum et sic in premissis esset defectus quantum ad  
ministranda preposito quarte partis tocius anni.

Copie im Copialsbuch des Domkapitels von Hildesheim,  
XV. Jahrh., im Staatsarchiv zu Hannover, p. 779—781, 789.

#### IV. Aufzeichnung des Dompropstes Nicolans Huot über seine jährlichen Ausgaben für kirchliche Feste.

1382, August.

De anno domini MCCCLXXXII<sup>o</sup> de mense Augusti  
fuit hec informacio tradita per dominum Nicolaum pre-  
positum Hildenshemensem de ministratis singulis sui  
temporis annis per eum in memoriis et festis et in  
certis temporibus. Sed de quibus bonis singula sub-  
scripta debeant ministrari non est sibi sic per omnia  
notum, quod hoc valeat de presenti specificare et non  
testificatur dictus Nicolaus prepositus de subscriptis  
alias vel aliter, nisi quod sunt ministrate per eum ut  
sequitur.

Ad memoriam Ottonis episcopi ad prebendam da-  
bitur unus solidus, vicario cuilibet sex den. scolaribus  
X sol., campanariis I  $\frac{1}{2}$  sol. due candele de duabus  
libris cere et plena caritas pullorum panis et vini